BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

partes leuitarum non fuissent date: et fu
gissent unusquisque in regionem suam
de leuitis et de cantoribus et de his qui
ministrant. et egi causam adversus ma
gistratus et dixi. Quare dereliquimus
domum dei? et congregaui eos et feci stare
in stationibus suis. et omnis iuda ap
portabat decimam frumenti uini et
olei in horrea. et constituimus super hor
rea selemiam sacerdotem et sadoch scri
bam et fadaiam de leuitis et iuxta eos
anam filium zachur filium mathia
nie. Quoniam fideles comprobati sunt et ipsis
credite sunt partes fratrum suorum. Memento
mei deus meus pro hoc et ne deleas mi
serationes meas quas feci in domo
dei mei et in cerimoniis eius. In di
ebus illis uidi in iuda calcantes tor
cularia in sabbato et portantes aceruos
et onerantes super asinos uinum et uuas
et ficus et omne onus inferentes in ierusalem
die sabbati. et contestatus sum eos
ut in die qua uendere liceret uenderent.
et tyrii habitauerunt in ea inferentes pisces
et omnia uenalia et uendebant in
sabbatis filiis iuda in ierusalem. et obiur
gaui optimates iuda et dixi eis. Que
est hec res mala quam facitis uos et
profanatis diem sabbati. numquid non hec
fecerunt patres nostri et adduxit deus noster super
nos omne malum hoc et super ciuita
tem hanc et uos additis iracundiam
super israel uiolantium sabbatum. Factum
est autem cum quieuissent porte ierusalem
die sabbati dixi. Claudite ianuas. et
clauserunt ianuas et precepi ut non
aperirent eas usque post sabbatum. et de
pueris meis constitui super portas ut
nullus inferret onus in die sabbati. et man
serunt negotiatores et uendentes u
niuersa uenalia foris ierusalem semel et
bis. et contestatus sum eos et dixi eis.
Quare manetis ex aduerso muri?
Si secundo hoc feceritis manum mittam in
uos. Itaque ex tempore illo non uenerunt
in sabbato. Dixi quoque leuitis ut mun
darentur et uenirent ad custodiendas
portas et sanctificandum diem sabbati.
et pro hoc ergo memento mei deus meus et
parce michi secundum multitudinem
miserationum tuarum. Sed et in diebus illis
uidi iudeos ducentes uxores azo
tidas ammonitidas et moabitidas.
et filii eorum ex media parte loquebantur
azotice et nesciebant loqui iudaice.
et loquebantur iuxta linguam populi
et populi. et obiurgaui eos et maledixi. et
cecidi ex ipsis uiros et decaluaui eos.
et adiuraui in deo ut non darent
filias suas filiis eorum et non acciperent
de filiabus eorum filiis suis et sibimet
ipsis dicens. Numquid non in
huiuscemodi re peccauit salomon rex is
rahel? et certe in gentibus multis non
erat rex similis ei et dilectus deo suo
erat et posuit eum deus suus regem
super omnem israel et ipsum ergo ad peccatum
duxerunt mulieres alienigene.
Numquid et nos inobedientes faci
emus omne malum grande hoc ut
preuaricemur in domino deo nostro et du
camus uxores alienigenas? De
filiis autem ioiada filii elyasib sac
erdotis magni gener erat sanaballat
horonites quem fugaui a me. Re
cordare domine deus meus aduer
sum eos qui polluerunt sacerdotium
et ius sacerdotale et leuiticum. Igitur
mundaui eos ab omnibus alienige
nis et constitui ordines sacerdotum et
leuitarum unumquemque in ministerio suo et
in oblatione lignorum in temporibus constitu
tis et in primitiis. Memento mei deus
meus in bonum. Oratio Neemie

Domine qui habitas in eternum
cuius oculi elati et superiora
in aere cuius throni in
estimabiles et claritas incomprehensibilis
cui astant exercitus angelorum cum tre
more quorum obsistatio in uento et